

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Defectus in Missa occurrentes

[Speyer], um 1483

De defectu forme

[urn:nbn:de:bsz:31-86579](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-86579)

De defectu aque.

Si sacerdos precipiat aquam non fuisse positam in vno ante consecrationem sanguinis ponat. et dicat verba consecrationis si autem percipiat post consecrationem sanguinis nullomodo debet postea aquam apponere quia non est de necessitate sacramenti in aliqua parte. si quis tamen ante consecrationem scienter dimitteret appositionem aquae grauitate peccaret et ageret contra salutem ecclesie. quia dominum apposuisse creditur. non autem sufficit quod aqua apponatur quando vinum adhuc est in dolio quia hoc non significaret aliquid sed oportet quod immediate oblatione apponatur sacramentum.

De defectu forme.

De noticia forme sciendum est quod **A**mbrusius in libro sacramentorum dicit. quod hoc sacramentum conficitur in verbis et sermonibus christi. ex predictis concludit sanctus **T**homas. quod forma consecrationis huius sacramenti hec est. hoc est enim corpus meum hic est enim calix sanguinis mei novi et veteris testamenti misterium fidei. qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum. illa vero verba accipite et manducate. pertinent ad usum consecrationis. similiter illa verba hec quocienscumque

feceritis in mei memoriã . facietis ptinent
ad usum hui⁹ sacramenti . quia usus nõ est
de necessitate sacrameti . vt dicit san. **Tho** .
Item cõiunctio enim non est de substantia
forme tamen dici debet . secundum usum ⁊
consuetudinem ecclesie Romane . q̄ usus a
beato **Petro** iniciu sumpfit . etiam beat⁹
Tho . dicit . si p̄dicte forme mutantur ni-
chil conficitur . s̄ si verba viderentur idem
significare nõ mutarent nec errorem indu-
cerent . magnum tñ foret peccatũ h̄mõĩ cõ-
fice⁹ s̄m **Albertũ** . dicit autem sanct⁹ **Tho**
mas q̄ forma predicta cum pronomine de-
monstratiuo ostendit q̄ materia consecrã-
da debz esse coram sacerdote . vnde existēs
in domo sua nõ p̄t consecrare panem . qui est
in armatorio aut etiam in foro vel vñũ qd̄
est in cellario s̄ q̄ntacũqz fit q̄ntitas panis
⁊ vini q̄ coram sacerdote ponuntur . potest
ab ip̄o consecrari . sanctus etiam **Thomas**
dicit . q̄ si sacerdos nõ recordetur se dixisse
que in consecracione cõmuniter dicunt⁹ nõ
debet ex hoc turbari nõ enim ommũ reco-
lit . qui multa dicit . si tamen sacerdoti p̄ba-
biliter cõstet se aliq̄ obmisisse q̄ nõ sunt de
necessitate sacramti nõ dz resumere mutan-
do ordinem sacrificij s̄ dz ulterij⁹ p̄cedere . si
võ certificetur se omisisse aliqd̄ eorũ q̄ sunt
de necessitate sacramti . scilicet formam
consecracionis debet resumere ipsa forma etiã
p̄ ordinem .